

latus fuit. Ita denique Paulus, Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud Cruci: expoliens principatus, & potestates tradidit confidenter: palam triumphans illos in femepiplo. Coloss. 2. Legit hunc locum Origines; Triumphans illos in ligno Crucis. hom. 8. in Jo. 1.

S. Jacobus Apostolus in Liturgia, Crucem pretiosam, vivificantem, & gloriosam Christianorum cornu appellavit.

S. Marialis D. Petri discipulus, armaturam invictam contra Satanam. Epist. 1. c. 5.

S. Ignatius Martyr, trophaeum adversus Diaboli potentiam, & principium damnationis, mortis, ac ruinæ ejus. Epist. ad Philipp.

Ladantius Firmianus Crucem appellat signum immortale; ac murum inexpugnabilem. l. 4. c. 24.

Julius Firmicus Maternus, Immortalem summitatem, vexillum fidei, & magnum triumphorum titulum, Crucem indigitavit. lib. de errore prof. Relig.

S. Ambrosius Crucem appellat victoriam, salutis vexillum, Christi triumphum, æternæ vitæ palmam, &c. Orat. de obitu Theodosii.

S. Augustinus, totius venerationis dignissimum monumentum dicit Crucem; amicum prælidium, inimicum obstaculum, & triumphale vexillum. l. 2. Vist. Infirm.

S. Athanasius Crucem vocat beatam, & vivificantem, mortis triumphatricem, Christi gloriam, & honorem. Serm. de Cruce.

S. Gregorius Nazianzus, dulce pondus eam nuncupat, & salutis dactylicæ, Carmine ad Helen.

Legat studiosus Lector S. Joan. Damas. lib. 4. de fide Orthod. cap. 12. S. Joan. Chrysost. hom. de Cruce Dominica. S. Paulinum Epist. 11. ad Severum Sulpit. S. Ephrem Syrum de vetera Pevit. cap. 3. Andream Jerosolimitan. hom. de exaltat. Crucis, apud Svirium Tom. 5. S. Nilum Ep. ad Olympiada. citata in 7. Cynod. a. 4.

* VERÆ CRUCIS DOMINICÆ MIRACULA.

Vide supra de illius Inventione.

Præter ea admiranda, quæ superioribus in partibus sunt de vivificante Cruce virtutibus, quibus eam decorat dignatus fuit ille, qui per Crucem salutem nostram operari voluit, nonnulla literarum monumentis tradita reperimus, quæ præsentibus attestare à proposito nostro alienum non fuerit.

Cum Apamæ Antiochiam incendio vastari cognovissent, Thomam civitatis Episcopum rogarunt, ut saluterem, & vivificantem Crucem lignum præter solitum proferret, & proponeret, ut si extrema periclitanda essent, solam mortalium salutem contuentes complecterentur, & alterius vitæ compendium, preciosa Cruce ad meliorem ipsos ducente forent, acciperent. Fecit hoc Thomas, protulitque vivificum lignum; ac certis quibusdam promissis diebus proposuit, ut cunctis civibus congregandi ad illud, & salutem inde reportandi copia fieret. Accedunt igitur cum aliis & illi, qui me ad lucem duxerunt, & cum inferiorum scholam visitare deduxerunt. Cum itaque precioso lignum adorare, exocularique peteremus, Thomas ambabus levatis manibus lignum illud, quod veterem maledictionem sustulit, per tota illa facta adyta circummeando ostendit, sicut in Dominicis adorationum diebus fieri consuevit. Sequutus est autem hunc Thomam de loco ad locum migrantem ignis admodum grandis, lucens quidem, sed non comburens, sic ut omnis ille locus, ubi pretiosum hoc Crucis lignum ostendebatur, ardere videretur: factumque est hoc non semel tantum, atque iterum, sed frequenter, cum sacerdos cunctum eum locum circumiret, & populum collectus Thomam, ut hoc faceret, orasset: quæ res etiam salutem, & Apamæ contigit, prædixit. Postea est igitur imago quadam in vertice templi, quæ scripturam nescientibus ista indicaret. David vultus 2. p. Catechism. Historiæ.

Procopius narrat Apamæ fuisse particulam sanctæ Crucis, quam sibi ostendi populus voluit, ut supra sub reverentia Cruci exhibitam dictum est, cumque ter Episcopus illam sustulisset in altum, conspiciendamque proposuisset, ter ex ea maximus ignis latissime effulgens in omnes partes, haud tamen comburens, eluxit; quo viso terri hostes obsidionem solverunt. l. 2. de bello Persico.

Anno Dom. 1143. qui 2. nuncupatur Balduini pueri Re-

gis Villelmus Tyri Archiepiscopus scribit exercitum Christianorum, dum spe potiundi Bofiro, Metropoli Arabum, laboraret, insidias vestre circumventum, & virtute Crucis eruperet, in hæc verba: Hoc videntes hostes ad ea se converterunt molinima. Erat sane regio tota verpibus, & fructibus humilibus, carbonibus aridis, & sinapis silva, veteribus stipulis, & frugibus jam maturis obita: his omnibus ignem subiciebant, vento nostris obvio fomitem, & vires ministrante. Hinc incendii vicinioris afflatu, fumique occurrentis nube densissima nostris ingeminatur mollicita. Cum ecce ad venerabilem virum dominum Robertum Nizarcum Archiepiscopum, qui Crucem Dominicam bajulabat, omnis populus, cum clamore, & ejulatu convulsus, postulabat, cum lacrymis dicens: Ora pro nobis, Pater, & per hoc vivificam Crucem lignum, quod manibus gestas, in quo nostræ salutis auctorem credimus pendisse; erue nos ab his malis: nam diutius sustinere non possumus. Erat autem populus in modum fabrorum ferrariorum officinas exercitum, vento agitante fuliginem, tam facie, quam toto corporis habitu, nigridine factus decolor, & tam æstati, quam incendiolorum caumate duplicato, ad supremum afflicti sunt, supras vires laborabat. Ad hæc itaque gementis populi voces vir Deo amabilis contritus corda, & animo valde compatiens, salutare lignum erigit contra incendia, quæ illi totis viribus procurabant, & invocato de superius auxilio, statim adit virtus divina, & in momento conversis in oppositum flauibus, incendia tetra simul cum fumi caligine in hostes, qui nostrum præcedebant exercitum, se dirigunt: & quæ in nostram paraverant lesionem, in suam vident retorta perniciem. Stupent hostes novitate miraculi, & singularem reputant Christianorum fidem, quæ tam præsens à Domino Deo suo pro votis impetrare beneficium. Gualiel. lib. 16. cap. 11. 12. 13. Baron. rom. 12. Annal. anno 1144.

Partem particulæ de ligno divinæ Crucis, quod nobis domina benedicta Melania ab Hierusalem munere sancti inde Episcopi Joannis attulit, hoc specialiter forori nostræ, venerabili Basilicæ misit conserva communis. Sed quod alteri vestrum datur, utriusque vestrum est: quia in utroque vestrum una ratio manet, & sexum evacuat fides, qua in virum perfectum ambo concurrunt. Accipite ergo ab unanimis fratribus, in omni bono vestrum sibi consortium cupientibus: accipite magnum in modico munus, & in segmento penè atomi hastulæ brevis sumite monumentum præsentis, & pignus æternæ salutis. Non angustetur fides vestra carnalibus oculis parva cernentibus: sed intenta acie totam in hoc minimo vim Crucis videat. Dum videre vos cogitatis lignum illud, quo salus nostra, quo Dominus majestatis affixus, tremante mundo, pependit, exultetis cum tremore: recordemur & petras fissas ad hujus affectum Crucis, & saltum saxorum emulatione præcordia nostra fundamus timore favorem. Porro ingens ex ipso contigit edi miraculum, cum incendio flagrante sono referta casa in Paulini ipsius hospitium conversa flamma cuncta impetu violento depauperat, oblati ab ipso globis ignis, eodem signo Crucis, incendium protinus resillit, atque penitus extinguit fuit? Quod ipsum perpetua memoria consecrandum miraculum ipse Paulinus verbis describitur reliquit: Ipsi domum remeans modicum, sed grande salutis Deo crucis æternæ sumptum mihi fragmine lignum Promo, tenensque manu adversus proculingit flammis, Ut chlypeum vicinens: pro peccatore, quo regerem me, Arceremque hostem collato umbone velisum. Credite; nec donate mihi, sed reddite Christo Grates, & justas date laudes Omnipotenti. Nostra salus etenim Cruce, Christi quo nomine constat: Inde fides nobis, & in hac Cruce nixa periculi Profuit, & nostram cognovit flamma salutem. Nec mea vox aut dextra illum, sed vis crucis ignem Terruit, inque loco, de qua surrexerat, ipso, Ut circumseptam præscripto limite flammam Sidere & extinguat, fremens moriente, cogi, Et cinere exortam cinerem remeare procellam. Quanta Crucis virtus, ut se natura relinquat: Omnia ligna vorans, ligno Crucis virtus ignis. Multa manus crebris tunc illa incendia vasis Aspergens largis cupiebat vincere lymphis. Sed licet exhaustis pensarint fontibus imbres, Virescunt tamen, lassos spargentibus, omnem Vicerat ignis aquam: nos ligno extinximus ignem. Quamque aqua non poterat, vicit brevis basilica flammam. Paulin. in Natali S. Felicis. Baron. tom. 5. an. 397.

Sub

Sub annum Domini M. ccc. lxx. Litvani excursionem in Polonia facta maximas prædas egere, & monasterium monis Calvidripuerunt. Inter alia autem portionem Crucis Christi auro inclamamportabant; sed cum pervenissent ad Polonia fines, plausuram, quo illa vehebatur, nulla vi, neque jumentorum, neque hominum moveri: quin subito concidebant examinati homines, equi, boves, & quicunque illud attingissent. Cumque Lituanorum Duces perterriti à Russo quopiam cladis cognovissent, crucem cum nobili equipio ad suum locum remittere, & iter propositum mox cuncti incolomestenerunt. Mart. Cromerus lib. 13. Thom. Boslib. 15. de not. Ecclæs. c. 11.

Stagni Episcopus, Bonifacius Stephanus, superioribus annis Christi sepulchrum vestustate deformatum restitavit; invenitque in eo instaurando partem quandam Crucis, cui Christus fuit affixus; eam sibi reservavit, secumque iter alio facturus detulit: cumque per ignota loca noctu forte aberrasset à via, & quomam tenderet, ignoraret, inops consilii protulit illud crucis lignum eo animo, ut inde open speraret; & ita salus contigit: nam maximus ex eo splendor elucefcens omnes procul tenebras fugavit, tumque iter erranti indicavit. Bossius supra lib. 13.

* GESTATIO PARTICULÆ VERÆ CRUCIS.

In actis fortissimi, & generosissimi Neania, seu Procopii sub Diocletiano martyris, secundo Nicæno Concilio citatis, Secreti legit hæc inter cætera: Neania venit Seythopolim, & omne sodalium auri fabricum, & argentiforum convocans interrogavit eos dicens: Potestis mihi facere vas aliquod, quod ego tradam vobis? Illi vero hominis austeritate deterriti, communi consilio statuerunt apud illum unum ex omnibus, quem optimum artificem existimabant (nomen, illi Marcus erat) dicens: Si quis est, qui voluntati tuæ, Domine, satisfaciat, hic erit. Marcus autem nequam obedire volebat juveni. Perfuasit tamen tandem is, dicens: Hoc mysterium Regi usque ad vitam nunquam revelavero (agebat enim, cum eo, ut Crucem, quam ferret ad collum suspensam, ex argento, auroque conficeret.) Persuasus itaque Marcus in abdico ex auro, & argento noctu Crucem fabricavit. Cum autem opus consummatum erigeretur, tres in ea imagines apparuerunt. Scriptum autem erat Hebraica Dialecto in superiore parte, Emmanuel, & utrinque in summitate alarum Michael, & Gabriel. Voluit autem Marcus, sibi timens, expungere imagines, velut non potuit: confestim enim manus ejus sicca permansit. Sub gallicinium autem Dux, qui dicebatur Neania, ad ades Marci, quo crucem auferret, properat. Videns autem protinus adoravit. At autem ad Marcum: Quæ sunt ea personæ, quas hæc inscriptio Domine, in qua hora crux erigebatur, imagines istæ perse enate sunt, neque ego cognosco, quænam & cujus sit inscriptio. Neania vero cognoscens virtutem quandam in his esse, adorata Cruce, Marco artifici opiosam mercedem persolvit, profectusque est civitatem suam. Ex ad. 4. Synod. Nicæne. Baron. Tom. 4. annal. an. 308.

Sub eodem Diocletiano, Orestes miles Christianus, cum missilibus jacendis ad scopum sese cum suis commilitonibus exerceret, præsentem Lytia Duce, agitatione corporis accidit; ut crux aurea, quam ferebat in pectore, solatis vestibus appareret, ita ut ab omnibus, etiam ab ipso Lytia videretur. Quo interrogato, cur hoc signum fessaret, & an Christianus esset? Sum, inquit, servus crucifixi Domini mei, & gesto hoc signum ad omnia mala averrenda, quæ mihi ingruunt. His dictis in vincula conicitur, & paulo post vitam pro Christo posuit. In vita Eustatii Mart. Surius.

Gregorius Nyssen. exponens quo pacto à Vestiana, foemina nobilissima, ad sinum preparatum sit, se præsentem, corpus demortuæ Macrine sororis suæ: Vestiana, inquit, ille, propriis manibus ornans sanctum illud caput, cum ejus cervici manum submisisset, Ecce, ajebat, ad me respiciens, quales à collo sanctæ, monilis ornamentum dependet? & hæc dicens, solutis pone vinculis, prædedit manu terreum Crucis signum, & anululum vinealem ex eadem materia: quæ quidem utraque cordi semper adhærebant. Etego & Communis, inquam, sit hæc possessio: actu quidem habeas Crucis insigne, mihi autem hæreditas annuli facis erit: si quidem in hujus etiam pala crux erat impressa. At cum mulier intuens, rursus ad me & in deligendo, inquit, non aberrasti, etenim excavatus est annulus sub ipsa pala, ibique de ligno vitæ particulam conditam B. L. Theat. vit. Human. Tom. II.

Sub

habet, quod super adiacens pala simili nota significat. Baron. tom. 4. an. 378.

Hæc ad Gregorium Tuonensem, cujus Crux, quam plenam reliquit ex collo gestare, & osculis venerari solebat, existimo miraculo nobilitata est. Cum enim iter faciens cerneret domum pauperis eujusdam à flammis undique correptam; Extrastam, inquit, à pectore Crucem elevo contra ignem, mox in aspectu sanctarum reliquiarum ita cunctis ignis oblituit, ac si non fuisset accessus. l. 1. mirac. 11.

Diademati Imperiali Crux inserta.

Anno Dom. Incarnat. 1213. licet insigne illud Imperiale diversis speciebus prius figuratum fuisset; venerabili tamen Patre Benedicto VIII. visum est intellectuali admodum specie. Qui idem insigne præcepit fabricari quasi aureum pomum, atque circumdati per quadrum pretiosissimis quibusque gemis, ac desuper auream Crucem inseri. Erat autem instar speciei hujus mundanae molis; quæ videlicet in quadam rotunditate circumfisteri perhibetur: ut dum squidem illud respiceret Princeps terræ imperii, foret ei documentum, non aliter debere imperare, vel militare in mundo, quam ut dignus haberetur vivificare Crucis tueri vexillo: In ipso etiam diversarum gemmarum decoramine videlicet imperii culmen plurimarum virtutum speciebus exornari oportere. Cumque postmodum prædictus Papa Imperatori, Henrico videlicet, hujus rei gratia, nempe ut crearetur Imperator; Romam venienti obviam cum maxima vitorum; & sacrorum Ordinum multitudine processisset ex more, eique hujusmodi insigne scilicet imperii in conspectu totius Romanæ plebis tradidisset, suscipiens illud hilariter, circumspettoque eo (ut erat sagacissimus) dixit: Cui me Pater, inquit, ad Papam; istud facere decrevisti nostræ portendente regimen juvenis monarchiæ, qualiter sese moderari debeat, cautius perdoctus. Deinde manu gerens illud atopomum subjunxit: Nullis, inquit, melius hoc præsens pomum possidere, ac cernere congruit, quam illis, qui popis hujus mundi calcatis, Crucem expeditus sequuntur Salvatoris, qui protinus misit illud ad Cluniacensē monasterium Galliarum: quod etiam tunc temporis habebatur religiosissimum ceterorum. Cui & alia plurima dona contulerat ornamentorum. Glabrus Rudolph. lib. 1. in fine. Baron. tom. 11. ad ann. 1013.

Sub

Lubeat his adhibere Albertum VII. Austriæ, & primus ejus nominis Brabantia ducem nupte vita defunctum, de quo meminit in oratione quam in exequiis ejusdem dixit. Antuerpie Laurentius Begerlinck Archiepiscopus Antuerpiensis, quod Crucis Dominicæ fragmentum maximum, ut nescias an libi majus, magna sollicitudine, Colonia, quò per intestina bella ex Hollandia, ubi Abbas Egmondanus illud aliquot sæculis asservarat, delatum fuerat, impetraverit, & thesauri inclusum, instar pretiosissimi thesauri habuerit, summaque veneratione fuerit profectus. Sic ut paucis ante mortem horis, id ipsum collo circumponi voluerit, & oscula pia dederit: Alberti Pii appellationes non una pietatis testificatione fortius.

* CRUCIS IMAGO.

Erecta. Ustata. In pretio habita.

De materialis Crucis erectione, usu antiquo, & veneratione hic agitur. Siquidem primi Christiani diu antequam divino instinctu sanctum Crucis lignum Helena inveneret, varias Crucis Dominicæ formas ex ligno, ferro, alioque permanentibus materiis, ad instar illius, in qua Salvator passus fuerat, erigere, ac venerari cœperunt, quamvis abundantius post Crucem ab Helena inventam, ac variis locis, & ædificiis superimponere, in Ecclesiis, & altaribus collocare, atque aliis etiam occasionebus adhibere, transmissio pietatis illius ad posteros exemplo aggressi sunt. Unde Martyr Ignat. Ep. 9. ad Philipp. loquens de S. Crucis erectione tum usitata, Id enim trophaeum est, inquit, contra Dæmonis potentiam, quod ubi viderit, horret, & audiens timet. Ad quæ verba Card. Baron. Quid est ait, Ubi viderit, horret? nisi quod tunc Crux vexilla erigi solita significat.

CRUX IN TITULUM ERECTA.

Hunc morem apud veteres illos, & prima Christianorum germina invaluisse, ut in locis, quæ divino cultui dedicabant, Crucem, seu titulum ad imitationem Patriarchæ Jacob lapidem

Q9

lapidem in titulum erigentis collocatent. ex Annalibus fide dignis eruitur.

A THOMAS Apostolus, qui Indis Evangelium predicavit, cum Ecclesiam quandam edificare cogitaret, & a Sagamo Indie Rege, atque Idolorum sacrificiis impeditur, Crucem lapideam in loco, quem delegerat, collocavit, predicans divinitus, Tempus fore, quando ex remotissimis orbis partibus homines candidi appellerent, qui opus illud perficerent, quod a Lusitanis factum, extra omnem controversiam est. Refert *Moffus 1.2. biff. Indice.*

Ex hinc mos invaluit, ut Templi vocarentur Tituli addito nomine fundatoris, quomodo exempli causa, Titulus Equitii, Vestinae, &c. id est, Ecclesia edificata ab Equitio, sive in ipsius praedio. Atque etiam nostro saeculo Ecclesiae insigniores, quae Cardinalibus assignantur, Tituli nuncupantur. Titulus autem iste nihil erat aliud, quam Crux erecta eo loco, ubi Ecclesia erat edificanda, in titulum, ac testimonium, quod locus ille divino cultui destinaretur.

B THEODOSIUS Imper. expressa Lege cavet, ut si quod Idolorum templum ad sua usque tempora integrum perstaret, dirueretur, & Cruce Domini in titulum ibi desixa, locus divino cultui dedicaretur. *Codex Theod. l. 16. tit. 10. de paganis cap. 25.*

JUSTINIANUS Imp. praecepit, verba illius sunt; non aliter inchoandam Fabricam, nisi locorum sanctissimum Episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem. *Amb. coll. 3. tit. 6. §. si quis autem.*

Etiam idem per Romanos Pontifices decretum fuit. Nemo edificet Ecclesiam, antequam Episcopus Civitatis veniat, & ibidem Crucem figat, & publicè atrium delignet. *Decret. p. 3. de consecrat. dist. 1. c. Nemo.*

Crucis vero solemne erat non solum collocare titulum Crucis eo loco, ubi edificanda erant oratoria, ab Episcopo benedicta: sed insuper eam erigebant nomine, & auctoritate alicujus Patriarchae, Crux autem ita benedicta, & nomine Patriarchae transmissa, *synop. 1. tit. 1. ubi dicitur.* Ita ex *Jacobo Grezgero Tb. Bostus lib. 6. de Cruce, c. 8.*

CRUX IN ECCLESIIS ERECTA.

C Id primis Christianae religionis fundatoribus ad nos usque transfusum est, ut in templis quocumque nomine appellentur, Crux erigeretur loco editiore, ut introeuntibus palam proponeretur conspicienda, aut saltem in ea Crucis imago sive sculpta, sive depicta esset.

S. THOMAS Apostolum in India templum extruxisse, quod variis Crucium lapidearum imaginibus exornavit, testantur rudera, & templi vetustissimi vestigia, ut deprehensum est a Lusitanis, qui Meliaporem profecti sunt, inter quae cruce lapideae. Immo versus Orientalem plagam adhuc superstes permansit Sacellum, intus, & foris lapideis Crucibus è vetere disciplina ornatum. *Moffus 1.8. biff. Indice.*

In Urbe Goa Lusitani illius victores, dum moeniorum, & templorum profanorum demolitioni intendunt, invenerunt anciam imaginem Christi in Cruce pendentis. Evidenti argumento, imaginis hujus usum, olim in templis fuisse, atque ex Apostolica traditione viguisse. *Ibid. l. 4. biff. Ind.*

SUPRA TEMPLA.

D Anno Constantii Imperatoris II. nepotis Heraclii, Umarus Saracenorum Princeps edificare templum Jerosolymitanum cepit: neque aedificium sustinebat. Rogante illo causam, exposuerunt eam Judaei; & Crucem, quae erat supra templum montis Olivarum, deposuerunt, atque ita demum substituit illorum fabrica. Hanc ob causam multas Cruces dea turbantur hostes Christi, sed non distulit Crux ultionem: Nam, ut ait *Sigebertus*, Persa quidam simulans se velle adorare Umarum Amiram, hoc est, Principem Saracenorum, infixio in ventrem ejus gladio eum peremit. *Greg. Cedren. in comp. biff. Sigebertus anno 644.*

DUNAAN Hebraeus Rex Homeritidis, seu Arabiae Felicitis, cum Nagran ejusdem regionis civitatem Christianam obsedisset, & fraude cepisset, antequam urbe potiretur, minatus erat, se omnes, qui in illa erant, interempturum, nisi Cruce Domini à civibus in excelsis posita, quam execrationis signum stultus vocabat, ad nihilum redacta; deinde Christum quoque negassent, qui fuerat in ea suspensus. Sed quod pii cives facere noluerunt, id ipse postea, urbe in potestatem redacta, impigre praestitit.

Sarius in adis S. Arthae Martyr. 24. Obob. S. Ambrosius Serm. 6. Sicut ait, Ecclesia sine Cruce stare non potest: ita sine arbore infirma est.

S. PAULINUS Nolanus Episcopus, Ecclesiam suam picturis, & Crucibus ornare conseruere, easque carminibus se composuisse illustrabat, quorum nonnulla inferius, ubi de gemmatis, & aurei Crucibus agitur, adducuntur.

S. Gregor. Nazianz. Templum in honorem SS. Apostolorum Constantinum templum describens, cum, inquit, multa sint Imperatricis Urbis decora, atque ornamenta, tum vero ea egregii potissimum templi exultat. Quorum in numero templum est Christi discipuli dicitur, & consecratum, lateribus Crucis pictura insignitis, quadrifariam infectum. *In Somnio de Anaphasi Ecclesia.*

Beda testatur in Ecclesia montis Calvariae, quam Golgotham appellabant, Crucem ingentis magnitudinis extitisse, *lib. de locis sacris, c. 2.*

S. GREGORIUS Armenis Episcopus, & Martyr, in templo, quod in SS. Martyrum honorem excitaverat, Crucem collocavit. Sic enim in eorumdem Martyrum Actis legitur. Martyr Gregorius Crucem hic quoque statuit, & jubet multitudinem, quae illic assidue versabatur, & eò veniebat, prompto, & alacris animi studio, Deo cultum offerre per adorationem Crucis. *Euthym. 2. p. Panopie tit. 20.*

Certe per universam Ecclesiam Catholicam consuetudo ista obtinet, ut in omnibus passim Ecclesiis Crucis imago eminentiori loco omnibus conspicua collocetur, quem locus Ocale vulgo dicimus. Et quibusdam locis versus iste Cruci subscriptus legitur.

Nam Deus est, quod imago docet: Sed non Deus ipsa. Hanc videas, sed mente colas, quod cernis in illa.

Et Lactantius Firmianus.

Quisquis ades, mediique subis ad limina templi, Siste gradum, infonemque tuo pro crimine passum Respice me, me condè animo, me in peccatore serva.

Quae sancti Christianorum devotio miraculo fuit confirmata, nam Theodoros Archimandrita, qui Abbas fuit monasterii Sicanon, cum annos XII. natus à lethali bubonibus invaderetur, à quibus graviter confirmari cepit; ad templum S. Joannis ductus, ad locum ubi super trabem, quae navem templi à Choro dividit, imago Crucifixi stabat, guttas toris ex illa stillantes percipit, & illico dolor, & morbusque remittit, ac pristinae sanitatis est restitutus. Refertur in *Conc. 2. Ab. 4. G.*

ECCLESIAE IN FORMAM CRUCIS EXSTRUCTAE.

Neque satis visa est antiqui Christiani pietas, si imaginem Crucis ipsi pingerent, nisi Ecclesias ipsas in formam Crucis edificarent, quem morem jam Apostolorum temporibus introduitum demonstrant vetustissima aedificia Syriae, die 12. Septemb. apud *Sarium Tom. V.* Vbi refertur, S. Syrum Ticonensis urbis Episcopum Apostolis contemporaneum, & à S. Hermogera discipulo S. Marci Urbis illius Episcopum ordinatum, Ecclesiam ad honorem Christi, & SS. Martyrum Gervasii, & Protasii memoriam in formam Crucis erexisse *Sarius ibidem.*

Hujus autem rei veritatem probat tam vetus, quam quotidianus usus edificandi Ecclesias. Omnes enim quotquot celebrioris reputantur, Crucis formam referunt, ita ut Crucem transversalem representare videantur.

Talis figuræ fuit Ecclesiam, quae prope urbem Sichem, super puteum Patriarchae Jacob, ubi Dominus cum Samaritana H collocutus est, fuit edificata, meminit *S. Hieronymus.*

Ad Crucis modum fuit in urbe Gaza Ecclesia à Sancto Porphyrio urbis ejusdem Episcopo extructa, omnium Ecclesiarum quae universo orbe reperiebantur tum celeberrima, Eudoxia Arcadii Imperat. uxore rebus aedificata, super templis Idolorum. Unde à Eudoxiana appellata fuit. Ut habetur in Actis illius Sancti, descriptis, à Marco Gazensi Diacono, & ejusdem Prophetae discipulo, apud *Simonem Metaphrastem.*

JUSTINUS Junior Constantinopolitanae Ecclesiae addidit bisnachellam in modum Crucis. Neque est, quod exempla vetera deponantur, cum nullam penè Ecclesiam hoc tempore conspicimus, quae Crucis figuram non referat, nisi forte ab haereticis, quibus id unum volupe est à decretis, & sanctionibus Ecclesiae distidere, de novo aliqua fuerit aedificata. Videatur *Joan. Durant. lib. 1. ration. Divinorum officior. cap. 2.*

CRUX IN ALTARI COLLOCATA.

A Jam à Sanctorum Apostolorum temporibus, Crucem in Altari in quo divina mysteria peraguntur collocatam, demonstrant Acta S. Martialis, Christi Domini discipuli, quae Romae nunc habentur. Cum enim certior factus esset de nece Apostolorum Petri, & Pauli, iussit statim perici Oratorium, in quo Crucem auream ante aram collocavit, in qua missae sacrificium fiebat. Hæc ibi.

Etiam in templo à Constantino Magno in honorem Archangelii Michaelis edificato, memorat *Sozomenus, & Nicephorus*, etiam Crucis imaginem in altari statutam fuisse. Nam cum Probianus, ait *Sozom. l. 2. biff. c. 2.* gentilis unus è satellitibus Imp. ad fidem conversus, adduci non posset, ut crederet Crucem fuisse instrumentum nostræ salutis, in templum ingressus, & intuitus Crucem, quæ in altari quodam erat, visum habuit divinam, quæ ei exhibebatur, quodcumque tandem incommodum humani generis gestum fuerat, non sine virtute salutiferæ Crucis gestum fuisse. *Joan. Chryf. in demonstratione adversus Gentiles*, quod Christus sit Deus per transversum dicit, in mensa sacra Crux.

B Id quoque probatur ex admirabili visione S. Gregorio Martyri Armeniæ Episcopo oblata, cum altaria illa ignea conspexit, super quæ sigillatim Crux ignea pariter fuit conspicta, ut tradit *Simon Metaphrastem in Actis ejus*, quæ à *Surio die 30. Septemb.* relata sunt.

CRUX AB ANGELIS IN ALTARI POSITA.

In urbe Caravacana, quæ militibus S. Jacobi Eufigeri subest, Sacerdos quidam jubente Agareno Rege Missam celebraturus, dum sacris vestibus indutus conspexisset in altari Crucem deesse, constitit, & religionis scrupulo tactus, illum ordiri decrevit. Itaque Angelorum ministerio Crux ibi deposita est, quæ ad nostram usque tempora videtur, totoque orbe celeberrima est. Solet autem quotannis die Inventionis S. Crucis populo ostendi, eo enim ecclitus delatam perhibent: quando etiam ter in aquam mergitur, ejusque contactu illæ velut sanctificatae, variis morbis præsentem adferunt medicinam. Quam mirabilem historiam *Alphonfus Ciaconius tradit capit. 35. de signis sanctissimæ Crucis.*

Decoratur Ovtenis Ecclesia Angelici miraculi novitate. Dum enim quadam die Rex Alphonfus haberet casu coram se pondus auri splendidissimi, & quosdam lapides preciosos, cogitare cepit intra se, quomodo ad opus divini altaris inde Crux fieri posset, ita sancta Regis devotione existente. Cum post auditam Missam à templo nostri Salvatoris regale palatium pereret, obviam habuit duos Angelos in figura peregrinorum, qui se aurifices esse dixerunt. Rex autem illico tradidit eis aurum, & lapides, & iussit illis dari domum, in qua possent sine impedimento hominum operari. Sed Rex dum pranderet, & se reverfus, quibus personis dederit aurum, inquiri, & statim unum legatum post alium misit, ut viderent, quid ignoti aurifices facerent. Jam ministri domui fabricæ accedebant, cum subito tanta lux intra domum respandit, ut non possent eam oculi humani aspicere præ nimia claritate. Et cum nunciatum Regi fuisset, citò accurrunt ad domum, & Crucem solam sine aurificibus reperit, atque totam domum sicuti folio irradiatam. Rex autem accipiens benedictam Crucem, convocato omni Clero, cum laudibus, & hymnis Deo gratias agens, eandem super altare S. Salvatoris reverenter posuit. *Joan. Vafani in Chron. Hisp. ad an. 792. Baron. tom. 4. an. 791.*

D APUD INDOS ETIAM CRUX IN ALTARI.

Cum FRANCISCUS XAVERIUS, Indorum hac ætate Apostolus, ad Insulam Socotora pervenisset, invenit incolas omnium rerum divinarum rudes, qui tamen Christianos se esse gloriabantur, Thomamque Apostolum colebant eximia veneratione, à quo majores suos esse baptizatos affirmabant, eum tamen ipsi jam baptizati, insipienter desissent, partim, quia Christianos mores densa ignorantia jam obverat, partim, quia tyrannus Saracenorum omnes opprimebat. Offendebat tamen hæc gens aliquot Christianis religionis vestigia: Inter hæc, & illa, visibatur facella non ampla, sed pie extructa, atque ornata; Crucis in altariis cum lychnis præpendentibus. Sic in India Caranganora, Christianorum quæ sunt reliquæ, accepto more ab his, qui Christi nomen eò primùm invexerunt, Crucis in templis habent, eorumque Antistes capillos in figuram Crucis tondere consuevit. *Horat. Tursellin lib. 1. vit. Franc. Xaverii, c. 16.*

In India Orientali citra Gangem, urbs est illustrissima,

quam vocant indigenæ Malipurum, nostri urbem sancti Thomæ, quod in ea sit Thomæ Apostoli corpus ex parte, ut creditur. Singulis annis die solemni festum illic celebratur, confluentibus non modo Christianis, sed cujuslibet religionis hominibus innumeris. Accidit itaque, ut convenientibus undique populis statim die sacerdos Missam diceret. Aderat in altari medio Crux vetustissima: Ecce autem, cunctis videntibus, cepit ea Crux guttas quaedam primò nigrescentes, deinde sanguineas copiose emittere: mox paulatim splendescere, magisque, ac magis fulgorem per omnes templi partes emittere. Ibi sacerdos, cæterique universi pavore tremefacti exclamare ceperunt, & cum steru multo divinam misericordiam implorare, donec res sededit; & sacerdos linteis sacris Crucem extersit. Crux erat lapidei incisæ, in ejus fastigio columbæ imago infidebat, basis vero erat in specie quadam herbarum, quæ diffusimè latissime videbantur, collocata: & tam fastigium, quam basis, & brachia in liliorum formam desinebant. Arcus eam ex eodem lapide factus undique circumdabat; in arcu literæ erant nullis cognite: multi, qui illarum periti credebantur, accesserunt, & adducti se illas ignorare sunt professi, donec senior quidam Brachmanes eò rogatus accesserit, cumque illi diceretur, ut altare ascenderet, ac propolis lateras intueretur; Avertat hoc, inquit, Deus, ut ego locum pedibus calcem, in quo sacra illi sunt. Oculis admotis literas legit, quatum sensus hic erat: Thomam divinum virum fuisse à Dei Filio, ejus erat discipulus, in eas oras Sagami Regis tempore missum, ut Dei summi notitia gentes illas erudiret, ibique templum extruxisset, & res admirabiles effectibus; atque tandem cum genibus flexis affixus ad illam Crucem orationem funderet ad Deum, à quodam Brachmane fuisse hasta transfixum; Crucem verò ejusdem viri sanctissimi cruore tinctam ad memoriam virtutis illius sempiternam relictam fuisse. Ita literas esse interpretatus ille, ac mox alius itidem accesserit. Id in publica monumenta relatum, & ad Reges Portugallie transfusum. Ea se vidisse testatur Hieronymus Osorius in historiis suis. Hæc accidere anno milleesimo quingentesimo sexagesimo primo. Inventa autem Crux ante annos quatuordecim in colle, in quo templum est extructum. Tantum potè miraculum singulis annis evenire tradunt Osorius, Petrus Massæus, & Ignatius ex Ordine divi Francisci in itinerario: Ex quo apparet antiquissimus imaginum usus, cultus, & vis G profusa admiranda, quam Deus est dignatus efferre ad gloriam suam, ut hac via populi illi ad doctrinam Christianam facilius adducerentur; cunctique cognoscerent, & ex hoc, nos esse ex Ecclesia Dei. *Ofor. lib. 3. biff. Moffus lib. 2. biff.*

Hoc nostro saeculo consuetudo ponendi Cruces in altariis adeò recepta est, ut in nullo altare celebraretur, in quo Crux non collocetur, quin ita fieri debere, in variis Synodis decernitur. Ut vel hac ratione, attentio, & devotio erga mysteria tractanda excitetur.

CRUX IN PUBLICIS VIIS, COLUMNIS, &c.

In triviiis, aut quatuorvis olim Idolorum imagines, quas Hermas vocabant, constitui solebant: quorum in locum Cruces pluribus locis successerunt, testem habemus *S. Chryf.* qui *demonstr. adversus Gentiles* dicit, Crucem celebrari videre licet in Viis.

De Constantino narrat Eusebius, quod parta victoria gratias Deo victoriæ auctori impartivit, claraque voce, atque adeò columellis erectis, omnibus hominibus hoc signum triumphale predicavit, inque media urbe, quæ omnium principes H est, hoc insignetrophæum contra omnes hostes erexit, &c. *Orat. de laudibus Constantini.*

Post Helenæ reditum Hierosolymis, tres immensa magnitudine cruces fabricari fecit Constantinus Imperator, ad exemplum earum, quas ter in cælo viderat: primam Romæ, contra Maxentium depugnans; secundò, cum commisso cum Byzantibus prælio trophæum de eis fluvio: tertio autem, cum litro ponte juncto Scythas ultra id flumen subegit. Ad imitationem igitur triplicis istius visionis, tres ex ære fieri curavit Cruces, esseque sacra hæc imposuit nomina, *invocatus xpiis vniq;* Jesus Christus vincit. Ex his, cui nomen Jesus inditum, auro per omnes partes diffusio ornata collata est super fornem, seu arcum triumphalem in foro, ut obscurore significatione ardorem pietatis ipsius indicaret. Potentia namque roboris ejus Græcam superstitionem debellavit Alteram verò venerationem, sacræque Crucem, Christi nomen præferentem, in Porphyreica Romana statuit columna, in loco, qui *phidias* dicitur, hoc est fraternus amor, dicitur. Tertiam, quam Constantinus

tinus quidem *visio*, id est, victoriam vocavit; Heraclius autem *A* *divinitus*, hoc est invidiam nominavit, in alta marmorea columna posuit, in loco, cui nomen est *apostolus*, id est, forum panarium: ad quam multae etiam supra opinionem hominum virtutes sunt editae: atque in primis, si qui rigore inflammationis vexarentur, & oculorum doloribus, & suffusionibus premerentur, sanati sunt. De qua factum quoddam, quod admodum in admiratione fuit, exponam. Ne verò quisquam narranti mihi fidem non habeat: nihil enim tam praefer opinionem, & praeter fidem est, quod Deus non perficiat: neque etiam quidquam, quod Deus velit, impossibile est. Dicitur namque, & verè dicitur, cum ad eam Angelus Domini ter quotannis peratissimum intempestae noctis silentium, perinde, atque emicans quoddam calidus fulgur cum splendore insistentabili venit, Crucem eum circumire, suscitum facientem: suavius voce quasi eujusdam tenuis indicis, praesentiam suam illis, qui puritate vitae à vitis abhorrentes talia & videre, & audire idonei sunt, insinuare: atque ubi cantu ineffabili divinum carmenter sancti hymni psallens concinuerit, rursum illum veluti stellam magnificè emicantem ad munia redire *B* sua. Hanc sanè venerandam Domini Crucem, longo post tempore, decimum octavum annum Mauritio impetante, quod immenso terræ motu corruerat, ferreis quibusdam operibus Heraclius firmavit, & in basi ejus hujusmodi incidit inscriptionem *Ἰσὼν θεῶν βασιλεὺς βασιλεὺς μετὰ τὴν ἰσχυρὰν ἰδραὴν*. Opus Deo acceptum imperatoris magni Heraclius formavit. Quae inscriptio ad mea usque tempora duravit. *Nicéph. lib. 8. hist. cap. 32.*

In Gallia jam à tempore Clodovæi primi Regis Christianissimi, hæc etiam pietas erigendi ad vias publicas Cruces viguit, adeo ut ad viam, quæ Rothomagum ducebat, B. Ansberti meritis nobilem urbem, Crux fuerit erecta ante annos M. & C. eaque lignea, ubi infirmi perlapè munera perceperunt sanitate. Refert *Sur. tom. 6. vit. Sancti. g. die Novemb.*

Nuper etiam Roma, sedente in principe Cathedra Sixto V. Anno Christi M. D. LXXXVI. Pontificatus sui II. Obeliscus Vaticanus, qui tamdiu loco abstruso, & obscuro latuerat, in ampliore aream ante Principum Apostolorum ædem, magnis sumptibus, & admirandis operibus collocatus fuit, & Crucis auratæ imagine insignitus, cum hac inscriptione: *Sanctissime Crucis Sixtus V. P. M. consecravit, & iterum Sixtus V. Pont. Max. Obeliscum Vaticanum, DJS gentium impio cultui dicatum, ad Apostolorum limina operoso labore transfudit.* Extat illius Icon in as incisâ, cum his verbis.

Eccæ Crucis excelsæ nunc subiciuntur honores, Induperatorum munere Sixto tuo.

Dum transires Montes Monsalto è monte recisos, Illud, Sixte, facis, quod facit ipsa Fides.

CLEMENS etiam VIII. in pace inter Philippum Hispan. Regem, & Henricum IV. Regem Francorum: ac ipso Henrico abjurata hæresi, ab omni censura vinculo solemniter absoluto anno M. D. XCV. Kal. Oðob. in tanta rei memoriam columnam marmoream Romæ erexit, eique Crucem deauratam superposuit, cum hac inscriptione: *Ad memoriam absolutiois Henrici IV. Franc. & Navarr. Reg. Christianiss. q. s. a. d. XV. Kalend. Oðob. cap. 10. xcv.*

Anuerpiæ (uti & aliis Belgicæ locis, ac nominatim Mechliniæ) celeberrimo Urbis loco, quem Mera fortassis, quod fossa marina sub fornice illius vici decurrat, vocant, Crux conspicua marmoreæ basi imposta, erecta est, cum hac in *D* inscriptione. *Sacrosanctam Servatoris Crucifixi imaginem cum Basi restituit Kal. Februar. anni M. D. XCIII. S. P. Q. R.*

CRUX IN NAVIBUS.

Olim *Aurato fulgebat Apolline puppis* apud Gentiles, quorum in locum Christianis Cruces succedere. Id innuere voluit iterum *S. Joan. Chrysol.* Crucem inveniunt, ubique celebrari videre licet, in mari, in navigiis, in Insulis supra.

S. Paulinus Nicetæ Dacæ Episcopo, qui in patriam rediturus solvere parabat ab Italia, quo S. Felicitis sepulchrum veneraturus accesserat; prosperam navigationem precaturus, dicit inter alia:

Dis ilabens pelago jacenti, Et rato armata Titulo Saluti Viator, antenna Crucis Tutus, & austru.

S. Ephrem Syrus ad piam hæc consuetudinem alludens, Crucem pro tutela in manibus deferendi, vocat eam navigantium gubernationem. *Serm. de Cruce.*

S. Ambrosius, in *Psalm. 47.* Bene navigant aër, qui in navibus Crucem Christi velut arborem praferunt.

Fecit id Joannes Augustinus nostra memoria anno 1571. qui insigni classe Saracenos aggressus, memorabilem illam victoriam ad Naupactum reportavit, quam præter alios descripsit in suo Chronico satis prolusè *Leur. Beyerlinck.* De eo autem refertur, quòd principi tritemi, in qua ipse erat, vexillum Crucifixi imagine adornatum, ut ita ab omnibus conspicui posset, imposuerit, signi illius armaturam infideli hosti opprens, eumque in eo profugians.

CRUX IN URBIO PORTIS.

Confueverant Christiani pro Urbium suarum tutela Crucem in portis statuere. Confirmat id historia septem Dormientium, qui Decii Imperatoris persecutione, cum annis circiter CC. obdormivissent, & Deo ita permittente tempore Theodosii Junioris evigilarent, unus illorum Ephesum venit, Crucemque in portis defixam obtulit, nam unus dumtaxat diei spatio dormivisse existimabat, & idcirco ignorabat, quomodo urbs illa infidelis Crucem exaltaret. *Greg. Turon. lib. 1. de glor. Marigr. cap. 95. Svarius in Chron. anni 446.*

Super Urbis Constantinopolitanae portam, quæ Aurea dicebatur, Crucem defixam, quam Justinianus Imperator temporibus vi tempestatis dejecit ferunt, memorat *Cedrenus in Justiniano.*

Andr. Cret. Archiepiscopus *bon. de exalt. Crucis*, ad hanc consuetudinem alludens, vocat Crucem Civitatum custodem.

IN DOMIBUS PRIVATIS.

Fuit etiam hæc præca Christianorum, ac religio observatio, ut sicut Gentiles suos Lares, ita isti Crucem, seu domum, ac familiæ tutelam, in privatis adibus depingerent, vel formatam asserverent.

Alexandrinus Cives magni Theodosii tempore, templo, & simulacro Serapidis everso, ejusque imagine passim enata, in domibus privatis, Crucem loco illius pinxerunt, ac stauerunt, in postibus, in fenestris, in ingressibus, in parietibus, in columnis. *Ruffinus Aquilejensis lib. 2. historia Ecclesiast. cap. 29.*

Nunc certè eam pietatem ita factam, & testam videmus apud Catholicos, ut vix quemquam reperias, qui non imaginem Crucis domi suæ habeat loco conspicuo collocatam, cuius meditatione animum subdè pascat, & ad amorem illius, qui Crucem sustinuit pro peccatis nostris, exardescat.

Cyrill. in 1.6. Julian. respondet Juliano reprehendi Christianos, quod Crucis figuram ante domos suas pingent.

IN LOCO PRELII, ET CERTAMINIS.

Ostenditur usque hodiè, & in magna veneratione habetur locus iste, ubi venturus ad pugnam Ofovaldus signum S. Crucis erexit, ac flexis genibus Deum deprecatus est, ut in tanta rerum necessitate suis cultoribus celestis succurreret auxilio. Denique fertur, quia facta citato opere Cruce, ac fovea præparata, in qua statui deberet, ipse fide servens hanc arripuit, ac foveæ imposuit, atque utraque manu erectam tenuit, donec aggesto à militibus pulvere terræ figeretur, & hoc factò, elata in altum voce, cuncto exercitui proclamaverit; *Fleamus omnes genua, & Deum omnipotentem, vivum, ac verum in communi deprecemur*, ut nos ab hoc hoste superbo, & ferocis sua miseratione defendat; scit enim ipse, quia iusta pro salute gentis nostræ bella suscepimus. Fecerunt omnes, ut iusserat, & sic, incipientè diluculo in hostem progressi juxta meritum fidei victoriam potiti sunt. In cuius loco orationis innumera virtutes sanitarum noscuntur parate, ad indicium videlicet, & memoriam fidei Regis. Nam & usque hodiè multi de ipso ligno sacro sanctæ Crucis assulas excidere solent, quas cum in aquas miscerint, iisque languentes homines, ac pecudes potaverint, sive asperserint, mox fanati restituntur. Vocatur locus ille lingua Anglorum *Heonfeld*, quod dici potest *latine*, *Cælestis campus*. Quod certo utique prægio futurorum antiquitus nomen accepit, significans nimirum, quod celeste ibidem erigendum trophæum, & celestis inchoanda victoria, cælestia usque hodiè florent celebranda miracula. E quibus hoc unicum commemorabo. Quidam è fratribus Hagulstadenfis Ecclesiæ, nomine *Bothelmus*, qui hoc usque superest, ante paucos annos, dum incautus ferè noctu in glaciæ incederet, repente corruens, brachium contrivit, ac gravissima fractura ipsius molestia cepit fatigari, ita ut nec ad os quidem adducere ipsum brachium ullatenus, dolore arcente, valeret; qui cum de quadam

dam manè audisset unum de fratribus locum ejusdem S. Crucis ascendere disposuisse, rogavit, ut aliquam sibi partem de illo ligno venerabilis reliquæ adferret, credere dicens; quia per hoc donante Domino saltem possit consequi. Fecit ille, ut rogatus est, & reversus ad vesperam, sedentibus jam ad mensam fratribus, obtulit ei aliquid de veteri muco, quo superficies ligni erat obfusa, qui cum sedens ad mensam non haberet ad manum, ubi oblatum sibi munus reperiret, misit hoc in sinum suum, & dum iret cubitum, oblitus hoc alieubi deponere, permisit suo in sinu permanere. Ad medio noctis tempore, cum evigilaret, sensit nescio quid frigidi suo lateri adiacere, ad motaque manu, requirere cepit, quid esset, ita sanum brachium, manumque reperit, ac si nihil unquam tanti languoris habuisset. *Anal. Fortun. lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 14. Beda lib. 3. hist. Angl. cap. 2.*

IN LABARO.

CONSTANTINUS M. Labarum exercitus sui signum primum, in formam Crucis redegit, ad similitudinem Crucis sibi in aere ostensæ. De qua de apparitione Crucis. *Euseb. lib. 3. hist. cap. 9. lib. 1. de vita Constantini.* Nimirum hastili B oblongo, & transversali cornu Crux superimonebatur, quæ velamine preciosissimi transversali ligno appenso exornabatur. Dicitur autem Labarum, partim à Latina dictione Labor, partim à Græca ἰσὼν, quod finem denotat: quasi ergo Laborum finem significet.

Elegit autem Constantinus eo. Juvenis, animi virtute, & corporis robore præstantes, qui Labarum circumvallent, & in illud intenderent, ut tradit *Eusebius lib. 2. de vit. Constantini cap. 8.*

Comperit autem fuit in maximo illo prælio, quo Maximinus devictus fuit, miraculo semper defensus, qui Labarum getabant, quod fuisse describit *Nicéph. in Euseb. sup. lib. 5. cap. 12. lib. 2. cap. 9. & Sozom.* etiam hoc literis commendavit: Dicitur inquis, nullam unquam militem, qui munere signi hujus getandi in bello fugebatur (quod fane credibile est) in vestram aliquam calamitatem incidisse, aut vulnus accepisse, aut captivum abductum esse.

IN ALIIS VEXILLIS.

Beda scribit, August. à B. Gregorio missum ad Anglorum conversionem, Crucem argenteam, & imaginem Christi in tabula depictam, pro vexillo detulisse, *lib. 1. hist. Angl. cap. 24. & Leo ferm. 8. de Pass. Domini.* Pulchra specie, inquit, triumphi sui trophæum, & invisibilis patientiæ signum salutis adorandum populi omnibus inferretur.

THEODOSIUS Imperator signa cum Eugenio tyranno Collaturus, dum ordinum duos prælia differendum suaderent, quod hostiles copie longè viderent superiores, Non id agamus inquam. Exercitii meo Crux præret, nempe in signo, vel Labaro militari: illius copias Herbules ducit. Ac fretus armatura illa celestis, palmam retulit. Refert ex *Nicéph. lib. 12. cap. 39. L. Beyer. in Apoph. Christi.*

CAROLUS V. & bello, & religioe maximus, potentissimusque Imperator dum in Tunetana expeditione de Polemarcho solliciti Principes haberent, cui id muneris esset deferendum, vexillum in quo Christi à Cruce pendens imago depicta erat, in altum sustulit. Et hic ait, Dux noster erit, Rex Regum, & Dominus Deus exercituum. *Idem ibid. Tit. Crucis signum ex Corrozetò.*

IN NUMMIS, ET PECUNIA.

CONSTANTINUS Imperator præter aliàs Crucis figuras, etiam in pecuniis voluit Crucis imaginem eudi. Refert *Sozom. lib. 1. cap. 8.*

ARCADIUS etiam Imperator auream monetam cum signo Crucis jussit eudi, teste *Prospero* de prædictionibus, & promissis. *part. 3. cap. 54.*

Inventus quoque est nummus, sive Numisma Constantii Imperator cuius Icon in *Baron. Annal. videtur.* In cuius dextra parte Imago ipsius Constantii, in lava, sive tergo, victoria ei imponentis coronam. Habetque hie Labarum, in quo est hieroglyphicus Crucis, cum hac inscriptione: Hoc signo victor eris. *Th. Bozjus lib. 9. de Cruce cap. 13.*

Franciæ etiam, ac Portugalliæ Reges, frequenter in aurea sua moneta Crucis imaginem una parte iusserunt efformari, quod imitati Reges Hispaniarum etiamnum hodiè observant.

IN LITTORÈ MARIS.

S. HILARION Epidaurii existens, cum mare suos terminos egredere, & ubi excidium procellarum inundantia miniretur, ipse in littore tres Cruces pinxit. Igitur mare rursus intumescere cepit: verum ad locum, ubi cruces erant, ubi pervenisset, in mari altitudinem excevit, cedens virtuti salubriter imaginis, & in seipsum fluctus suos reprimens. Scribit ex *B. Hier. Card. Bellarm. lib. 1. de Imag. cap. 28. tom. 2.*

IN MONUMENTUM EVENTUS PRÆTERITI. IDQUE IN VIU, ET ITINERIBUS.

Quo loco Maximilianus Imperator adhuc Juvenis, dum caepreas sylvestres venando persequitur, in errorem ductus per varios anfractus devenerat. unde sine præcepto redire non poterat: dum angelico ministerio incolomis ad suos, qui eum in pede rupis abruptæ, & inhospitalis præstolabantur, pervenisset, magno suo sumptu factò per rupem ipsam itinere, Crucem XL. pedum collocari jussit, quæ ab itinerantibus conspicua, memoriam tanti miraculi reficit, & ad gratias Deo largitori reddendas impellit. *Vide hist. ipsam prolixè hoc eodem opere, Tit. de Euchar.*

Ufus etiam obtinuit, ut ubi latrocinia exercentur, Crux erigatur eo loco, quo cædes aliqua perpetrata deprehenditur: ut hac ratione moneantur transcentes, ut mortuo bene apprecenter.

IN TUMULIS, ET SEPULCHRIS.

Venerabilis *Beda*, cum agit de Ecclesiæ resurrectionis, in qua erat sepulchrum Domini; Hujus in medio monumentum Domini rotundum in petra excisum est, cujus carmen intricatissimum stans homo manu contingere potest, & extrinsecus usque ad culminis summitatem totum marmore tectum est, summum vero culmen auro ornatum auream magnam gestat crucem. *Beda de locis sanctis, cap. 2.*

In epitaphiis Probi, viri de Imperio Romano optime meriti, simulque Probræ conjugis ejus, ad eorum memoriam exaratis inventæ sunt imagines; veneranda in primis Salvatoris effigies, quæ medium locum occupabat, atque sanctorum Petri, & Pauli, cæterorumque Apostolorum. Talibus namque piis ornamentis sua ipsorum decorare studebant monumenta Christiani. Christi autem imago dextera gemmatam gerebat Crucem. Ideò autem, ait Chrysofostomus, ex auro, Margaritis, & ac gemmis Crux ornari solebat, ut scirent omnes, crucem fontium olim supplicis infamatum, ipso visu horrendam, ore infandam, & horrore cavendam; ex quo eam pro salute hominum Christum Redemptor noster sponte subit, fuisse redditam fulgentem, decoram, pretiosam, atque gloriosam. *Baron. tom. 34. ann. 395.*

Cum ALPHONSUS Rex Aragoniæ, & Neapolis, Puteolos obsideret, atque animi laxandi causa litus quotidie pereret, reperit viri Genuensis cadaver è tritemi hostium ejectione, littori appallum: quo viso celeriter equo desilire, iisque, qui propè aderant, omnibus desillire jussis, aliis negotium dat, ut terram effodiant, aliis, ut nudum corpus obvolvant: Ipse verò cruce ligneam sua manu fabricatus humati ipsius capiti affixit. *Panorm. lib. 1. de gest. Alph. cap. 14.*

FRANCISCUS XAVIERIUS Societatis Jesu sacerdos, Sola aliquot dierum secunda navigatione passuum millia circiter septingenta à Mozambico provectus, & Melindam (Saracena urbs est amica Lusitanorum) delatus, paucos ibi dies subsistit. In ea urbe Lusitani mercatoresplerumque versantur: & si quos H fortè ibidem occupaverit mors, tumulis cruce insignitis conduntur. Propè urbem ingens, ac præclara Crux è marmore inaurato vistor à Lusitanis constituta. Qua conspecta Xaverius ex insperato, effert gaudio cepit, tantam vim, & gloriam Crucis gratulans, quod in media Saracenorum, ac demonum ditione victrix emicaret. *Horat. Tursellin. in vita lib. 1. cap. 16.*

IN FRONTIBUS.

Habetur hujus rei typus apud *Ezech. de signo Tau* depicto in frontibus eorum, qui salvabantur, *cap. 9.*

De Turcis memorat *Boz. lib. de Cruce cap. 7.* quòd cum eorum provincia contagiosa quadam lue infestaretur, quæ innotuit etiam hominum millia absumebat, à Christianis edocti fuerint, ut Crucis imaginem frontibus suis depingerent, firmiter afferentes, illos, & illorum provinciam per sacrosanctæ illius imaginis figuram à contagione servandos. Quod cum fecissent, verè liberati sunt. Igitur Barbara illa gens deinceps devotionis ergo, & in memoriam accepti beneficii, imaginem Crucis frontibus insculptam diu detulerunt.

Quomobrem Cosroes Persarum Rex, parti de Varamo A tyranno victoria, qui Persarum Regno occupaverat, omnes Turcas quos significatos, ut loquitur Niceph. hoc est liquato atramento Cruces in frontibus impressas habere con-

scripserit, Imperatori Mauritio, qui Narsitem Ducem cum copiis in subsidium miserat, dono transmisit. Niceph. lib. 8. h. f. cap. 20. Sigeb. in Chron. an. Dom. 761.

Extant in hunc usque diem Mauri (Chabayros vocant) qui licet Mahometani, crucem maxillae inurunt. Quorum magnus numerus repertus fuit inter praesidiarios urbis Algeriae, cum Carolus V. ad expugnationem illius profectus fuisset. Bozjus supra.

IN COLLO, ET MANIBUS DEFERENDA.

Morem hunc imaginem etiam Crucis collo, & manibus gestandi, a primis Ecclesiae initiis derivatum, eo argumento demonstrari potest, quod Abyssini Aethiopiae populi a Mattheo Apostolo conversi, omnes Crucem collo pendente deferant. B Monachi vero eorum singuli, praeter illam, aliam quoque manu gestant. Damian. a Gores de morib. Aethiopiae.

Bransise. Alvarez Emanuelis Lusitaniae Regis Sacellanus, qui ab eodem Rege una cum oratore suo ad Presbyterum Joannem Abyssinorum Regem potentissimum missus fuerat, quique anno salutis 1533. solemnem obedientiam Clementi Papa VII. Bononiae ejusdem Regis nomine praestitit: Is, inquam, perferens res toto illo itinere notatu dignas, inter alia scribit: Confuevere omnes Regionum illarum Monachi cruce quaedam manibus deferre. Ceteri autem homines collo appendas ex nigro ligno gestant.

Cum B. MARGARETA Regis Hungarorum filia quartam aetatis annum aegeret, conspiciens crucem quandam, sciscitabatur ex foribus, quid rei esset. Respondentibus illis, signum esse crucis, in qua Deus filius nostrae salutis causa suum sudisset pretiosissimum sanguinem: Illa his auditis, statim crucem amplectitur, & osculanti cepit, & coram illa se prosternens, & adorans crucifixum, alta voce dixit: Domine, me tibi committo. Ex eo autem tempore tanta devotione erga sanctam crucem ferebatur, ut ubicumque crucem videret, quocumque etiam detineretur impedimento, sese prosterneret, & canque adoraret. Quandam etiam crucem parvulam de ligno sanctae crucis habens, semper secum portabat, & die ac nocte saepius osculabatur devote. Cum jam facta esset religiosa Ordinis Pradicatorum, aliis euntibus ad locum refectionis, illa semper orabat coram imagine Christi Crucifixi, quae erat in domo, quam vocant, Capitulari. Orabat ut plurimum ante altare sanctae crucis, vel coram imagine crucifixi, Sur. in vita tom. 1.

PLURA Require infra.

ANNULUS IN SCULPTA.

Apud veteres Christianos usus erat. ferreorum annulorum a Romanis desumptus, quibus insculpere loco gemmae confueverunt signum Crucis, ut insinuat Baron. Tom. 1. Annal. ann. Chr. 57.

Ejus pia consuetudinis meminit Euseb. Caesariensis, eandem afferens ab Isaia fuisse praedictam cap. 66. Denique inquit, post omnia haec quis inspicies omnes quicumque in fidem Christi venerunt, salutari signo praeannulli nota utentes, non D merito oblitiscatur, si audiat tanto ante ipsam Dominum dixisse: Et venient, & videbunt gloriam meam, & relinquam in eis signum, lib. 6. demonstrat. Evang. cap. 25.

Tertius est etiam hujus consuetudinis annulus ferreus, qui B. Virg. Maectine, SS. Basilii, & Greg. Nysseni sororis defunctae collo fuit appensus, ut refert Boz. supra.

S. SYLVESTER primus ejus nominis Papa, ut Acta illius testantur, primorum Christianorum humilitatem secutus, ferreum annulum, in quo imago Crucis erat caelata, in digito gestabat. quo, ab Apostolorum principe edoctus, horribilis illius draconis, qui Romae aiebatur, & adorabatur, os obstruxerat. Vide relictam productam apud Boz. supra, cap. 10. Metaphrasi, 12. Sur. in vita.

Eucrates Philosophus apud Lucianum Atheistam maximum inducitur fateri, se annulo ex Cruce fabricato, quem Arabs ei dederat, confirmatum fuisse adversus spectra demonum, In Dialog. qui inscribitur Philosophus.

PRELATA SUPPLICATIONIBUS, SIVE PROCESSIONIBUS.

Narrant rerum Ecclesiasticarum scriptores, Constantino politanos olim, qui Catholicam fidem profitebantur, instituto, & ducta S. Joan. Chrysolomii, instituisse supplicationes per urbem, cum hymnis, & canticis in laudem sanctissimae Trinitatis, ut Ariani, qui per mediam urbem cantilenis suis factos sanctam blasphemabant Trinitatem, opponerent antidotum. Proceffionem, inquit Nicephorus, cruces argenteae cerceos incensos habentes praebant, Eudoxia Imperatoris conjugem impensas ad eam rem praebente, quae hoc Brisoni cubiculo sui praefecto injunxit, ut hymnorum cantus procuraret, & ad eum usum quamplurimum lucernarum pararet. Sozom. l. 2. c. 8. Socr. l. 6. cap. 8. Niceph. lib. 13. cap. 8.

S. PORPHYRIUS Episcopus, Gazensem rogatu, pluviz impetrandae causa, proceffionem instituit: Facto mane, inquit, auctor vitae ejus, accepto signo veneranda crucis, quod nos praecedebat, egressi sumus cum hymnis ad antiquam Ecclesiam, quae est a parte occidentali civitatis. Idem Marcus Diaconus de alia solemni proceffione ab eodem Porphyrio instituta: F Congregato, inquit populo in sancta Ecclesia, quae appellatur Irene, iussit omnes praesentes simul proficisci in Martium, quod olim fuerat. Ipse vero sequebatur portans evangelium, & circa se habens pium clerum, re vera imitans Christum cum discipulis. Praecedebat autem populum semper memorandus Barochas, venerandae crucis portans effigiem; & ab utrisque vero partibus populi erant milites, qui relicti fuerant ad continentandam in officio civitatem. Eunt autem psallebant, & in vericulis orum psalmi interfectione dicebant, alleluia. Erant autem psalmos, quem dicebant: Venite exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro, &c. usque ad finem. Dicebant alios quoque psalmos, donec ingressi fuerint Martium. In vita S. Porph. Baron. tom. 5. ann. 401.

DOMITIUS Patricius, vir clarissimus, crucem auream ad supplicationis, & adorationis usum fieri curavit rogatu S. Theodori Archimandrita, qui fuit Tiberio, & Mauricio floruit, dono acceptis a Patriarcha Constantinopolitano Thoma, particula venerandi ligni S. Crucis, & sancti sepulchri Salvatoris nostri, & particula veli sanctissimae Dei Genitricis, ut in tumulicam illius aureae Crucis imponeretur: Et ibidem miraculum narratur: Cum in oppidis finitimis supplicationes fierent, & cruces, quae gestantur solent, horribiliter miserandoque spectaculo per se concurerentur, & commoverentur, interrogatus vir divinus, quid sibi id vellet, respondit: Deum, o filii, precibus placate, quoniam magna mundo imminet calamitas. In vita Theod. Archimand. 22. April. Sur.

De crucibus praefendis in supplicationibus publicis edictum ejusmodi apud Justinianum extat: Omnibus Laicis interdicitur, ne supplicationes publicas peragant sine religiosissimis Episcopis, & qui sub his sunt reverendissimis Clericis. Quomodo enim supplicatio publica esse potest, in qua sacerdotes non inveniuntur, qui solemnes preces peragant? Sed & venerabiles cruces, cum quibus sacerdotum in supplicationibus egrediuntur, non alibi, quam in venerabilibus locis reponuntur. Et si quando usus postulerit, ad celebrandas supplicationes, tunc solum ipsas cruces hi, qui ex more eas portare solent, accipiunt, & cum Episcopis, ac Clericis supplicationes celebrant. Justin. Imp. Autocrit. 123.

MORIENTIBUS APPLICATA.

S. RICHARDUS Ciceffrensis Episcopus cum Guilielmo Capellano suo, quo valde familiariter utebatur, indicasset, se ab illa agritudine, qua detinebatur, nequaquam evasurum, iussit ut funeri necessaria prepararet, sed caute tamen, ne familia ipsius animam vertens perturbaretur. Petiit interim sibi afferri imaginem crucifixi, eamque allatam devote complexus, locis vulnerum, perinde, ac si jam morientem Dominum Jesum cerneret, pia oscula affixit, eaque suaviter labiis demulcens, in haec verba prorupit: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, pro omnibus beneficiis, quae mihi praestitisti pro peccatis, & opprobriis, quae mea causa pertulisti, quae tantae fuerunt, ut merito illud ex Threnis Prophetae tui dicere poteris: Non est dolor sicut dolor meus. Tu nosti, Domine, quod si tibi placeret, omnia opprobria, atque tormenta, &c. Sur. in vita.

Cum S. AYTALA Abbas, sancti Columbani (successor, supremas vice praesentis horas duceret, & adhuc vigens halitus superesset, iussit se extra cellam perducere: surgentemque strato, quo

quo valebat conamine, sustentantibus undique fratribus, extra cellam eum progressus; ibique aspiciens crucem, quam ipse in eodem loco poni praecerat, ut ingrediens, egrediensque cellulam, quae tunc frontem suam munit, cepit mactus lacrymas fundere, ac trophaeum crucis commemorare: Ave, inquit, alma crux, quae mundi precium portastis, quae vexilla fers externa: tu nostrorum vulnerum medicinam attulisti: tu cruore illius illita es, qui in humanum genus salvaret, de caelo in haec lachrymarum vallem descendit: qui in te primi Adae rugam extendit dudum, jam jamque secundus Adam lavacro maculam ablucens, &c. Jon. Abb. in vita Surius.

CRUX HUMI NON SCULPENDA.

In Codice Justiniano, Loge unica Tit. 12. ab Imp. Theodosio, & Valentiniano lata, habetur, ne cui liceat signum Salvatoris nostri humi sculperere, vel pingere, in haec verba: Cum sit nobis divinus cura per omnia superni nominis religionem tueri, signum Salvatoris Christi nemini liceat, vel in solo, vel in flicae, vel in marmoribus humi postis insculperere, vel pingere; sed quodcumque reperitur, tolli; gravissima poena multando eum, qui contrarium statutus nostris tentaverit, specialiter imperamus. Et Constantinus Imperator tabulam, cui Crux insculpta erat, de terra levavi fecit. Paulo Diacono teste lib. 8. Cod. l. 1. Tit. 11.

TIBERIUS quoque Opt. Imperator, Theodosii legem secutus, cum vidisset in Palatio humi Crucem marmoris incisam, mox erigi iussit, dicens: Cruce Domini frontem, & pectus munire debemus, & nos eam pedibus terimus? P. Diacon. l. 18. rerum Roman. ubi etiam addit, sub illo marmore reperit ingentem thesaurum, amplius centum millium aureorum, in remunerationem videlicet tam religiosi Principis.

* CRUCIS ORNATUS.

Per corone applicationem.

Veteribus Christianis solemne fuit, Cruces formare coronatas, hoc modo Crucis divinos honores tribuendos innotens, ad prototypum tamen, hoc esse Christum Crucifixum eos referendo: testatur Bozjus supra.

Cruces autem coronatae erant in triplici differentia. Primum enim Crucem in medio Circuli, sive corone effigiebant, ita ut crucem ipsam Circulus ambiere: qualem fecisse D. Thom. in Malipure Indiae oppido, saxoque insculpsisse, tradunt historiae.

Similis etiam Crux Juliano Imperatori Apostatae apparuit in extis animalium, de qua infra suo loco: & meminit S. Greg. Nazianz. orat. 1. in Julianum. Ferunt, cum Julianus sacris operam daret, exta animalium coronatam crucem edidisse. Secunda species erat, quando in summa parte Crucis corona pingebatur, una, vel plures: harum plures imagines ostenduntur: estque celeberrima, quae Romae in curvitate absidis Ecclesiae S. Clementis elegantissimo, ac vetustissimo opere conspiciuntur.

Tertia species erat, hodie etiam usitata, qua coronam capiti Crucifixi imponebant, non quidem pineam, sed auream, & regalem. Talis est illa percelebris, & miraculosa Lucensis civitatis crucifixi imago, quam a Nicodemus, occulto Christi discipulo donatam traditio est, vultu tamen, quem divinitus efformatum voluit, excepto. Unde & vultus Sandi ut appellatur. Bozjus supra.

Per gemmarum inscriptionem. Crucem gemmis, ac lapidibus inestimabilis pretii primus Constantinus ornabat, utea ratione ostenderet, quanto honore salutis omnium nostrum, & suae potissimum instrumentum prosequeretur: Unde crucem in introitu palatii sui, auro, gemmisque fulgidam Constantinopoli erexit. Euseb. Caesar. l. 3. vitae ejus, cap. 48.

Hunc morem imitari mox alii Christiani, ut insinuat Prudentius; Crucis imaginem auro, gemmisque exornarunt. Ita enim Romam alloquitur. Agnoscat, Regina, libens mea signa necesse est, In quibus effigies Crucis auri gemmata resulget, Aut longis solido ex auro praefertur in hastis. Contra Symmach. l. 1.

Constat vero ex Anast. Biblioth. Cod. mmsc. qui servatur in Bibliotheca Vaticana, plures Rom. Pontifices magna liberalitate Crucis imagines gemmis, & auro exornasse, & in Ecclesiis obtulisse. Sic Hilarius Pontifex refert, in Orator,

S. Crucis, quod eiretum Lateranensi baptisterium extruxit, donasse Crucem auream gemmis illustratam, pensans pondus E librarum xx. In vita S. Hilari, Papa.

Idem circa baptisterium S. Petri fecisse Symmachum Pontificem, traditur in vita ejusdem.

De Sergio vero refert, quod in sacrario Basilicae S. Petri repererit divina revelatione Crucem gemmis coruscantem. In vita ejusdem.

Extat vetustissima, & perlegans imago S. Crucis in templo S. Mariae Cosmodim, urbis Ravennae. Nam super primam illius aram Crux gemmis illustrata reponitur, quae in gemmata sede, ac pulvinari pariter collocatur. Descriptam eam Hieronym. Rubens Ravennatum Histor. Scriptor. Vide Vitruvium lib. 5. cap. 1.

Est insuper insigne Crucis gemmatae monumentum in Ecclesia S. Pudentianae relatum a Card. Cajetano, illius templi instauratore.

Vide ante, de Cruce in sepulchris posita: Item in Angelis collocata, de aurea, & gemmea Imagine Crucis per Latinos fabricata.

Memorable est, quod Carolus Magnus a Leone III. Romanorum Imperator declaratus, Crucem auream donaverit, quae in Litanis praefertur ante Pontificem. Et Constantinus Imperator postmodum a Latronibus furto sublatam, eodem splendore restituit Leo IV. Refert Anastasius Bibliothec. in vita Leon. IV.

Idem Leo post direptum a Barbaris templum Vaticanum restituit Crucifixum mirae magnitudinis, cum gemmis Hyacinthinis, de argento purissimo exauratum, pens. lib. cxx. Idem ibidem.

JOANNE COMNENO Constantinopolitano Imperatore Sezerinam Melopotamiae urbem obsidente, Saraceni, qui eam occupaverant, inestimabilis pretii Crucem obtulerunt, ut obsequium solveret. Erat autem Crux illa cum sua imagine pretiosa quadam gemma exculpta, quam lychniam a splendore appellat, tanta pulchritudinis, ut oculi satiationi non possent. Meminit illius Nicetas Choniates in Anale.

Etiannum usus obtinuit, ut celebriores Ecclesiae inter aliam fellestem sacram, Crucem habeant alii rebus pretiosiores, gemmis, auroque intextam, quae solemnius diebus, & officiis in summa ara collocatur, aut etiam in Proceffione deferretur, quae sane pietas, ut laudanda est, ita & ab omnibus passim imitanda.

Neque devotio, & nitore suo caret, quod hodie sacrum reliquiarum immiffione Cruces adornantur, ut qui illius memoriam reficant, etiam sacra illa pignora conjuncta venerentur.

VIRTUS IMAGINIS S. CRUCIS.

Pleraque hujus argumenti in prioribus partibus adducta sunt, quae virtutem imaginis S. Crucis non parum illustrent, quibus adduntur haec, quae sequuntur, per varios illius effectus distributa.

PLURA ADMIRANDA EDITA.

MORBI DEPULSI.

PROBIANUS unus ex Praetorianis militibus Constantini M. gravi correptus erat morbo, inquit Nicephorus; ceterum aegritudine, tali visione divina in templo S. Michaelis profusus est liberatus. Hic porro, quod Graeca superstitione imbutus ad Christianam pietatem transierat, alia quidem religionis nostrae quodammodo credibilia esse dicebat. Crucem autem divinam salutis causam esse omnino non admittebat. Atque in hac illi sententia periculosos satis perveheranti, Archangeli visio assistens, crucis signum, quod in sacro ejus altari collocatum fuerat, exhibuit, distertisque verbis ostendit, ex quo tempore Christus sic crucifixus, nullam esse rem, quae opitulanti generi humano, finemque debuit, & effectum consequi, absque angusti hujus ligni virtute possit, neque apud Angelos, neque apud pios, & sanctos, quicumque veri in Deum amoris testimonium exhiberent. Qua persuasione saniorum ille mentem recepit. Niceph. l. 7. cap. 50. Sozom. lib. 2. cap. 2.

IDOLA, ET SPECTRA DEMONUM

Fugata.

Cum Christiani aliquando proceffione solemni in occursum Episcoporum pervenissent ad locum, in quo erat simulachrum Veneris marmoreum, quod erat super aram marmoream; portarent autem venerandum lignum Christi, hoc est, signum

signum crucis; videns Dæmon, qui habitabat in statua, nec a videre sustinens signum, quod ferebatur, turpiter egressus ex margore, dejecit ipsam statuam, & confregit eam in multa fragmenta. Accidit verò, ut duo idololatras starent propè aram, in qua stabat statua, & corrueus, unus quidem caput fregit in duas partes; alterius autem humerum, & brachiale: stabant enim ambo sanctum populum subannantes. Ex Marco Gersenii, Bar. tom. 3. Annal.

Ann. Dom. 1559. contigit in S. Paulo, civitate Indiæ Occidentalis, ut in domibus quibusdam moraretur quidam à Christi cultu alienus, & ex eo quicumque illis locis habitabant, terrificis quibusdam spectris exagitabantur, à quibus, ut se liberarent, crucibus ligneis circa illas aedes defixis locum circumdederunt, & nihil postea horridi fecerunt. Tb. Bozius lib. 5. de sign. Ecc. cap. 2.

Porcia ad S. Andrea in provincia Indiæ, Christiani hominis domum infestam habebat diabolus. Quare cum ea obiret loca Sacerdos Societatis, ab ethnico homine interpellatus est, cur si tanta est nostris mysteris potestas, non fugaret domum ex ea domo? Accessit noster, exorcismis fugat hominem. Dat ubinde patri familias imaginem Christi Crucifixi, camque domi propositam habere jubet. Quæ quædam ibi fuit, ad domum aspirare terribis spiritui non licuit. Verum homo imperitus, suæ domus tutelam sacram imaginem, quo majore reverentia haberetur, in templum transfudit: Redi infestus habitator. Homo rem ad Patrem detulit. Pater, recognita, jubet crucem iterum inferri domum; qua illata nunquam exinde malis habitaculo repetit. Ex litteris Societ. 1594. & 1595.

Cum B. MARIA MAGDALENA ante limpidissimum fontem genuflexo Christo Domino gratias ageret, ecce plius, quam mille spiritus vidit in speluncæ dextera stesisse verba suavissimi amoris Hebraica lingua decantantes. Cum igitur postremo subintulissent, non expedire animæ tam assiduam orationem frequentiam, dæmones esse intelligens, Jesum terribi acclamavit. Repente cum suis militibus Angelus Michael adfuit dicens: Adsum, Magdalena, ne timeas. Denique malignis spiritibus congressus, eos omnes in fugam compulsi, ita clamantes: Non eris tamen ideo beata, tu, quæ orationibus vacas in antro. Crucem igitur in ore speluncæ Angelus erexit; dicens: Cave, ne extimescas in posterum, custos tui est altissimus. Igitur ante Crucem, eo disparente, cum jacuisset, timore nimio extimatis visceribus orationi instante attenda non prævalens, collectas duas radices in ipso ore speluncæ, & lotas comedens, aquam de fonte bibit, postquam humanum aliquid non gustavit. Cruce deinde complexa, ea die, ac nocte sequenti orans orto sole oculos ad Crucem ipsam levavit, coloris, ut videbatur, crystallini; & radiis fulgentibus coruscant. Cumque in se vehementissimi amoris flammam percussisset, ecce tamen læta, & jubilans Angelorum turba adfuit, ut æternam vitam in illo antro credidisset, atque ante Crucem stanti ait Angelus: Quanto tempore tuus, ac noster amor Jesus in terris te propter vixit, tantum quoque in hac spelunca moraberis. Stetit igitur, eo disparente, ad Crucem orans, & Christum salutem suam contemplantur. Omnium autem evoluta die Angelorum adfuerit militiæ, & eam tam sublimem in aera sustulerunt, ut ecclesies audierit resonare melodias. Quod ab inde citra sepius semper intra diem, ac noctem fecerunt. L. Eran. conc. 1. de Mat. Magdal.

D. VICTORIA DE HOSTE REPORTATA.

Postquam CONSTANTINUS Imperator urbem Romanam, victoriam consecutus contra Maxentium, ejusque exercitum ingressus est, statim illustribus seripcionibus columellisque erectis, inquit Eusebius, omnibus hominibus salutaris Christi signi virtutem promulgavit, inque urbe media, quæ præ ceteris principum locum facile obtinet, ingens istud trophæum contra hostes erexit, & hoc salutare signum caracteribus, qui nullo modo deleri poterant, in eo insculptis, Romanorum, aliorumque omnium imperio subditorum propugnaculum esse demonstravit, palamque omnibus proposuit ad inveniendum: ac statim, ubi erectum hastile, ad formam crucis, in manum propria imaginis in statua expressa insertum, Romæ in loco celebri, ac multum à populo frequentato locatum fuit, hanc inscriptionem, Latino sermone, in eo mandat incidere. Hoc salutare signo, vero fortitudinis indicio, civitatem vestram tyrannidis jugo liberavi, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, præstinae amplitudini, & splendori restitui. Euseb. lib. de vit. Constant. cap. 35.

Cum exercitus Constantini Magni, & Licinii jam prælium essent iniri. Licinius primum dimicare exortus est: Ibi Constantinus Dei omnium Salvatoris auxilio implorato, signoque isto militibus dato, in prima dimicatione hostes expugnavit. Deinde secunda etiam pugna tulit superiores, atque adeo salutari jam Salvatoris vexillo exercitum suum antecedente, præclariora victoria trophæa consecutus est. Nam qua in parte istud Crucis vexillum visum fuit, hostes fugam capiebant, quo victores quibusdam. Qua re intellecta, Imperator, sicuti partem aliquam sui exercitus languentem ceterbat, ibi salutare illud vexillum, tanquam quoddam subsidium ad victoriam obtinendam, locari mandavit, cuius adjumentis extemplo parata est victoria, quippe dimicantium vires divina quadam potentia fuerant admodum confirmata. Idem 1. 2. vit. Const. cap. 6. & 7. Bar. tom. 3. an. 317.

FERE DOMITE.

LEO MAXIMUS, ut legitur in vita D. Chrysof. & cujus vires sustineri non poterant, & qui erat visu maxime terribilis, & F ad invadendum acerimus, illo tempore versabatur in locis, quæ sunt circa Alexandriam. Is erat agricola quidem malus vicinus, viatoribus autem grave spectaculum, & occursum formidabile: Magno enim impetu in eos erumpens, plurimos occidebat, & simul in ventrem transmittibat; eratque ex æquo, & damno perniciosissimus, & ad eum de medio tollendum difficillimus: & cum magna, & vivida manus eorum, qui propè habitabant, ipsum invassisset, agnovit se suo malo hoc esse causam; celeriter enim in omnes incurrens, alios quidem solo rugitu loco motos, vertit in fugam; alios autem ore disceptos exedit, aliorum verò cum corpus dilacerasset unguibus, reddidit eos miserabiles: Hinc accedebat, neglectos quidem agros relinquens agricolis; ad loca autem invia divertere viatores, propterea quod bestia sustineri non posset. Postquam autem ad extremam jam redacti dubitationem, vix tandem recordati fuerunt hominis Dei, frequentissimam multitudinem ad ipsum venientes, narrabant ipsa mala, quibus leo eos afficeret, & ab ipso petebant, ut eos solveret hac calamitate; ille verò cum pauca fides illis præs exprobrasset, & quod illis visa esset bestia inexpugnabilis, causatus est contemptionem Divinorum præceptorum. Vobis quidem inquit, omnibus est Deus placandus, in templum simul conveniendum. Id autem, quod de vobis (erat verò crux) ponendum est in iis locis, per quæ transit leo, & abste quidem omnis metus, sit autem perfecta fides, & haud ita multo post manifestis vobis quoque erit me Christi virtus. Cum hæc illi crucem accepissent, & sicut illis fuerat imperatum, fecissent, & die sequenti illuc venissent, belluam vident pacentem mortuam ad ipsam basim crucis. In vita S. Joan. Chrysof. apud Sur. Tom. 1.

* APPARITIO CRUCIS.

Cum CONSTANTINUS MAGNUS Imperator urbem Romanam ex tyrannide Maxentii armata manu eripere statuisset, de quo belli principiæ ca, & Marte communi diligentius cogitare; & deorumque imbecillitatem jam aliquoties percipiendæ cognovisset; ad Deum Christianorum confugit, eumque solum observare, & colere statuit, inquit Eusebius. Quocirca hujus operi imploravit precibus, ut quæ quædam esset, illi significaret, tum rebus, quas apud animum proposuisset, dextera adjutricem porrigeret. Imperatori igitur ista precanti visio quædam divina, & in primis admirabilis apparuit; quam ipsemet post victoriam narravit Eusebio Cæsariensi, qui eam litteris prodidit, etiam jurjurando interposito: Cum jam sol (verba sunt Eusebii) ad medium caelum ascendisset, die in pomeridianum tempus paululum inclinante, dixit, se Crucis signum, ex lucis splendore figuratum, in ipso caelo soli imminens manifestè oculis aspexisse, inque eo inscriptionem consignatam: in vestris vixit. In hoc vince. Admiratio ingens ipsam, & totum exercitum, qui cum quoquam iter facientem comitabatur, atque adeo hujus prodigii spectator factus erat, incesit. Sed dubitatione admodum distitit intra se, quidnam ostentum illud sibi velle, afferret, atque cum diu, multumque de eo cogitantem oppressit nox; ibi ei dormienti Christum Dei filium, cum signo in caelo monstrato, visum esse, percipisseque, ut exemplari ad imitationem illius signi, quod in caelo apparuerat, fabricato, eo tanquam præsidio in præliis cum hostibus committendis uteretur. Euseb. lib. Eccl. 1. 9. cap. 9. Nisepp. 1. 8. cap. 3.

Aliam

Aliam crucis apparitionem ita narrat Nisepporus. Post bellum in Bithynia contra Licinium gestum, Nicomedia solvens Constantinus bellum Byzantium intulit. Byzantii verò cum cervicem ei submittere, & tributum pendere nolissent, pertinaciterque Romanæ servitutis jugum excutere, res ad manus pervenit, ac prælio commisso, sex milia primium in Constantini exercitu, deinde consilio altero tria rursus milia hominum sunt caesa. Quo fortuna successu Byzantii sublato, ut copias Romanorum omnes conciderent, dispiciabant patui namque eo tempore cum Imperatore milites erant, omnibus ferè, exiguo excepto numero; ad præsidium Romanæ ditionis, quod de Peristum expeditione, & incurione nunciatum esset, missis. Vespera diei erat, & Imperator languidus, & mœstus inopia consilii, indolenter oculos in caelum intendit, atque ibi rursus, idem, ut Romæ, cum contra Maxentium bellum gereret, scripturam, stellarum ordine, atque distinctione conformatam vidit, hoc significantem: In hoc ipso signo hostes omnes vinces, & confestim in memoriam ei, quæ antea acciderant, venire. Posttridie ergo classem canere jussit, præliumque iterum cum Bizantiis commisit, & quod trophæum, & signum Crucis in acie præserti mandavit, fortiter illos vicit, simulque urbem ipsam cepit. Lib. 7. Eccl. 1. 8. cap. 47.

Ejusdem Imperatoris temporibus lucidissimam Crucem apparuisse super montem Oliveti, constat ex Epist. Cyrilli Hierosolym. ad Constant.

Anno 931. Ferdinandus Goldsalvus Castellæ Comes non habens sub signis nisi quadringentos quinquaginta equites, peditem verò quinquem milia, tribus diebus continuato prælio exercitum multitudinem incredibilem Almanforis ejulanti laborantibus opem ferre. Sed omnium fuit admirabilissimum prælium, cui Rodericus Tolætanus interfuit, & in quo caesa Mahometanorum ducenta milia; e nostris, quod incredibile videatur, desiderati tantum viginti quinque, ut idem Rodericus testatur, haud scripturam falli, cum multi superessent, qui bello interfuissent. Accidit hoc, anno millesimo centesimo duodecimo. In ea pugna Crucis Christi dicitur etiam apparuisse in aere. Tb. Bozius de sign. Eccl. lib. 8. cap. 7.

Rex Manicongi in Africa Christo se addixit an. 1507. vita decedens duos reliquit filios: Horum natu maximus Alphonsus cum paucis fuorum non est veritus inire pugnam cum fratre, qui magnis circum se copias haberet, & à religione Christiana valde alienus esset. Ventum ad manus. Alphonsus continuo adversarios in fugam vertit. Eorum dux captus palam profitebatur se magnam militum copiam in equis insidentem, & crucibus insignitam, tantaque luce splendens, ut oculos omnium perstringeret, in prælio conspexisse, cujus metu perterritus terga date cum suis fuerit cæcatus. Idem lib. 17. cap. 7. Ex Oros. de gestis Emmanuel.

Cum S. MENULPHUS Diaconus ad construendam Deo factam adem inflammaretur, filios Christo se addixit an. 1507. vita decedens duos reliquit filios: Horum natu maximus Alphonsus cum paucis fuorum non est veritus inire pugnam cum fratre, qui magnis circum se copias haberet, & à religione Christiana valde alienus esset. Ventum ad manus. Alphonsus continuo adversarios in fugam vertit. Eorum dux captus palam profitebatur se magnam militum copiam in equis insidentem, & crucibus insignitam, tantaque luce splendens, ut oculos omnium perstringeret, in prælio conspexisse, cujus metu perterritus terga date cum suis fuerit cæcatus. Idem lib. 17. cap. 7. Ex Oros. de gestis Emmanuel.

Quod jam referam, circa annum Dom. 1562. accidit. Colloquebatur fortè Ferragus Osorius, unus ex Societate nominis Jesu, cum Rege regionis Bazianæ de Christo, & ejus Cruce. Cui Rex respondit, apparuisse sibi nocte infantem

cum Cruce, & jussisse, ut sibi eam sumeret: fore enim eam sibi maximo honore: unde Rex Christum palam professus est, nec in cubiculo tantum flexis genibus Crucem adoravit, verum etiam propriis manibus Crucem ad certum quandam civitatis locum detulit, eumque ibi defixit, populo præsentem, atque genu submittentem. Rex verò edixit, ut capitalem penam subiret, qui Crucem non adorarent. Alauus Copus dial. 4. cap. 17.

Nec illud prætereundum est, quæ ratione Lusitaniam in Æthiopiæ primùm appulerint. Nam cum longa, & periculosa navigatione portum aliquem Æthiopiæ frustra quæsisset, tædio tandem, & laboribus fracti, domum se desperata poltridie reverti cogitabant. Manè verò, cum jam reditum molirentur, clara Crucis species in caelo palam conspicuam se omnibus præbuit. Quæ conspecta. Præfectus navis quasi felici, & salutari omine divinitus oblato: Agite, inquit, divertamus portum in eam oram, & Deum salutari nobis passionis suæ signo præsentem alacres sequamur. Cum omnes omen lati acciperent, & alacres ad eam regionem contenderent, diuturno mox desiderio potiti, portum tam diu antè optatum invenerunt. Quos potentissimus ille Rex Æthiopiæ, qui quadraginta Regibus præsit, mirifice amplexusest; eoque chariores habuit, quo Crucis magis studiosos videbat. Quæ regio quamvis vanas labeas, & maculas religionis accepit, quod tam disjuncta sit à Rom. Ecclesia, & propter iter Christianorum tot seculis ad eos interclusum; Romanum tamen Pontificem, ut Christi vicarium adoraret: & spes est, pios Patres Societ. Jesu omnes eas maculas propediem absterfuros; qui in eo labore jam toti sunt. Merito certè pius Lusitanus Deus Crucem itineris ducem dedit, cujus illi gloriam tantis laboribus querebant: quæ exercitui postea præeunte, celeberrimas illi contra Paganos, & Mahumeticos victorias reportarunt; Idem ibidem.

Ex recentioribus Crucis apparitionibus non infimum obtinet locum illa, quæ Albuquerque, invictissimo Regis Emmanuelis in India Duci, & proregi, dum maris Arabici Insulas, & sinus exploraret, obvenerit. Ad solem occidentem, inquit Massæus, quæ Regis Absalonum imperium est, purpurea Crucis in caelo signum præfulgens aliquamdiu apparuit, quo visu Lusitani omnes venerabundè procubuerunt, & Albuquerque, ut erat eximia pietate, sublatis ad eam manibus, clara voce susus in preces: O Crux, inquit, nostræ redemptionis argumentum. O signum Christianæ victoriæ, o decorata preciosissimo sanguine Domini Jesu. O divina arbus, cujus vitali fructu lethalis quondam plantæ repensus est fructus. In te, te, inquam, spes nostras omnes habemus repositas, te profitemur, agnoscimus, adoramus, ac suppliciter petimus, nobis inter tot pericula terra, marique præsidio sis. Ab ea precatione obortæ omnibus lachrymæ, & ingens fidei, ac religionis clamor ad astra sublatus: tum consono clangore hinc inde tuba concrepuit; & omnia tormenta displosa; dein candida nubes conditam crucem, sine fine defixis in caelum oculis Lusitanorum eripuit. Neque Albuquerque prætermisit, quo minus rem sicuti acciderat, testato conscriptam ad Emmanuelem Regem primo quoque tempore mitteret. Joan. Massæus lib. 5. bist. Ind.

Cum primùm JULIANUS Imperator fines Illyrici ingredere, refert Sozomenus, vires post vindemiam, circiter virgiliarum occasum, visis acerbis, minimeque maturis onustas vifas esse: foremque tum in ejus, tum in comitum suorum vestes, ex aere delapsam singulis guttis signum crucis in eis impressisse. Quæ res cum vifæ fuissent, non ipse solum, verum etiam alii, qui cum comitabantur, uvas haud maturas inceptivè apparentes aliquid boni portendere; rorem autem demissum, signasse existimant. At verò ab aliis dicebatur, ostentorum alterum significare; Imperatorem immaturæ ætatis suæ tempore non aliter, ac uvas immaturas periturum, ostentorum ad exiguum tempus duraturum: alterum indicare, religionem Christianam celestem esse, & omnes figura crucis signati oportere. Quæ conjecturæ fuere eorum, qui doctrina, & religione ab Imperatore distabant, neque certè, ut (videtur) à veritate aberrantes: nam temporis progressio utrumque demonstravit, verè dictum esse. Sozom. lib. 5. bist. cap. 1. Baron. tom. 3. Ann. 361.

Anno Domini 1501. in Germania cruentæ cruces vestibus hominum horribiliter caelitus asperse vifæ sunt. Illæ autem cruces ita sanguine stillantem, inausulto quodam omine planè prædixisse videntur, Christum rursus crucifigendum per virulentas, & blasphemias eorum linguas, qui venerandum